



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

VII. De litis contestatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

*Prescriptionem 8. Cod. De except. exceptis quibusdam casibus, quibus & post sententiam licet obiciuntur: qui alibi recensentur, in Glos ad l.1, C. De iuria & scilicet ignor ubi & Dd.*

§. 19, *De Replicationibus, Duplicationibus &c.*

Arque hæc quoad exceptiones rei conventi, quæ nonnumquam conterariis exceptionibus rursus ab ipso auctore retunduntur; quæ proprio nomine vocantur *Replications*, quasi per eas replicentur, id est, resolvantur exceptiones rei. Quæ si rursus aliis exceptionibus à reo impugnantur, vocantur *Duplications*, & contra has solent dati *TriPLICATIONES*, rursus contra *TriPLICATIONES*, *Quadruplications*, & ita deinceps, l.2, D. De except. & tit. *Instit. De replicationib.* Quæ tamen multiplicatio de jure Canonico non admittitur, saltem quod ad testes antea productos attinet, quos terciò refutare non licet, ne nimium extra-hatur *judicium*, cap. *Licet*, 49, *Ext. Detestib* ubi quo-ad alia latè *Panormit.*

#### NOTATIO IN TIT. 6.

a *Excommunicato assimilatur bannitus*; qui licet a gere non possit, tamen hic ab alio conveniens recte se defendit, per ea, que tradit *And Gail*, de pace publ. lib. 2, cap. 12.

b *Idem videtur intelligendum de matrimonio dolo initio, de quo apud Glos & DD. ad c. penult. Ext. de his qua vi &c.*

g *Præscriptio & exceptio sapè pro eodem sumuntur*

principiè in *Jure Civili*, l. Nihil interest 12, D. De in-off. testam l. Qui cum 9, D. De transact. l. 8, & l. fin. C. De except. *Hic tamen uti species ab aliis exceptionibus separatur, ut & in C. De præscript. longi temp. cum aliquot tit. seqq. & in 6, De præscript.*

d *Quod hic de actionibus præscribendis dicitur, id regulariter d' etum volvitur, nam sunt actiones, que brevioris temporis sunt, de quibus in l. In honoratus & ibi Dd. D. De act. & oblig.*

e *Addi in rebus civitatis illis, donatis vel venditis etiam requiri præscriptionem contum annorum, l. fin. C. De SS. Eccles. Sed an in rebus Ecclesiasticis mobilis præscriptio quadragenaria locum habeat, vide Panorm. & alios ad cap. 1, Ext. De in integ. restituit.*

f *Putare quidam hanc renuntiationem non valere, nisi in iudicio facta sit, ut videre est apud Ant. Gomez. Vatiat resol lib. 2, c. 13, nom. 7. & sic censent occi-pendum esse text. in l. fin. D. Ad SC. Velleian. Verum hic text. aperie videtur adversari, dum inquit: Cavere debedit, exceptione se non usutum, & sic ad judi-cem ire. Unde magis videtur renuntiationem valere, etiam extra iudicium factam. Sunt & alia exceptiones, quibus cessat Senatus consultum Velleianum, quas vide in Glos ad l. fin. C. Ad SC. Vell. Conjugi l. Antiquæ 25, §. fin. C. cod. tit. ubi ex usitani constitutione mulier non aliter opus habet Senatus consulti exceptione, quam si instrumento publico à tribus testib. subsignato intercesserit, alias ipso jure tutta est. Similiter si intercesserit pro marito ipso jure tutta est, nisi probetur verum in utilita-tem mulieris. Aut. Sig. quia mulier C. d. tit. §. illud Nov 134. Vi nulli judic.*

## DE LITIS CONTESTATIONE.

### TITULUS VII.

#### §. 1. Contestatione litis necessaria est ad constituendum *judicium*.

**L**itis contestatio basis quodammodo est, constituendi *judicij* ordinarii, l. amplius 15, D. Rem rat hab. a Neque enim, eā omīnā, testes recipi aut ad sententiam definitivam deve-niri potest, adeoque corrut processus *judicij*, res sit. Ut liti non contest. Dudum 54, 5. licet Ext. De elect. d.

#### §. 2. *Litis contestatio quando inducatur.*

*Tit* autem *liti* *contestatione* per petitionem a jure, id est, in *judicio* *propositam* & *responso-nem* *subsecutam*, animo configendi, d. §. licet &c.

unico Ext. h. tit. l. 1, C. eod. addi Hostiens. in Summa hoc tit. num. 2. Unde per nudam narrationem facti & responsonis, *liti* *contestatione* non inducitur, jam ad jurib. & ne quidem, si *peremptoria* *exceptio* contra intentionem auctoris objecta fuerit à res, c. 2, hoc tit. in 6, *De peremptoria except.* vide sup. tit. prox. § *perpetua*.

§. 3. *Peremptoria exceptio* an *impediat* *liti* *con-te-stationem*.

Sed an saltem *peremptoria* *exceptio* *impediet* *liti* *con-testationem*? Minimè. Nam nihil omni-

Zzzz 3

num,

nus, cā non obstante, lis contestanda erit, præterquam si sit exceptio litis finitæ, puta rei judicatæ, transactionis, jurisurandi, quæ ante litis contestationem cognoscenda est; e. t. eod tit. in 6, add. ibid. Dd. latius.

§. 4. Casus quibus ante litis contestationem receptio testium admittitur.

Sed quod dictum est, omisso contestatione litiis, testes non posse recipi, perpetuum non est. Si enim inter moras contestandæ litiis periculum sit, ne testes, quibus causa probari potest, moriantur, aut diu ablaturi sint; possunt testes, ubi civiliter agitur, interim audiiri & recipi, sive reus sit contumax, sive absens absque malitia, ut conveniri non possit, dummodo testibus eo modo receptis, actor intra annum, si potest, agat, aut saltem receptionem hujusmodi testium reo denuntiet: aliter enim attestations receptæ nullius momenti sunt, cap. fin. in princ. Ext. Vt lite non contest. Quâ ratione, & actor memoriaz conservandæ causa ejus, quod sibi sub conditione debetur, testes audiiri reat & desiderat, ne forte pendentie conditione testes rebus humanis eximantur, l. In lego Aquilia 41, D. AdL. Aquil. Quidam 32, §. 2, D. De fuit. add. Auth. Sedetib. C. Detestib. At verò reus cum

non sit in ejus potestate, quando conveniatur, l. Plurè s. paragr. fin. D. De dolis mali except. justè somper desiderat testes suos produci & audiiri, de-nuntiatione facta adversario, cap. Significavit, Ext. De testib. l. fin. C. De usur. pupillar. l. 3, paragr. due D. De Carbon. editio.

§. 5. Lite pendentio nihil innovandum.

Et quamvis per litis contestationem propriè judicium constituantur, ut jam antè meminimus: ad perpetuam tamen jurisdictionem judicis delegari (eo scilicet casu, quo alias morte deligantis expriraret ejus jurisdictione) & ad impedimentum, ne quid in causa innovetur, sufficiat vel sola citatio, quæ in notitia rei pervenit, aut per eum factum est, ne veniret, e. Gratum 20, Ext. In officiis & potestis jud. deleg. junct. Et quia 6. D. De juri Clement. 2, Vt lite pend adde & tit. C. Vt lite pend.

#### NOTATIO IN TIT. 7.

a Nam in extraordinario judicio litis contestatione non existit, sicut in paragr. iudicium verò extraord. sup. de judicis.

b Quod ad causæ decisionem: consumaciam interim absentis punitur, latius sup. tit. de dolo & contum.

### DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

#### TITULUS VIII.

§. 1. Iuramentum calumniae quando & quibus praestandum?

**I**ste contestata, aut etiam non contestata, iis scilicet casibus, quibus contestatio litiis non requiritur, quos suprà tecensuimus, in §. iudicium verò sup. tit. de iudic. devenit ad juramentum calumniae, non solum auctore & reo, sed & ab eorum procuratoribus praestandum, l. 2, C. hoc isti &c. per Ext. eod. c. 2, §. 1, eod in 6. a

§. 2. Qua continuantur iuramento calumniae.

Quod hac forma praestatur ab auctore, ut juret se non animo calumniandi litem iarendere, sed quod existimet se bonam causam habere. A reo vero, quod putet se justè resistere, opinione juris sui. d. l. 2, in princ. Ab utroque, quod nihil penitus patrocini gratia, iudicibus aut alteri cuiuscumque, in causa vel dederit, vel promiserit, vel etiam datus sit per se sive per alium, præterquam Advocatis honoraria, cæterisque, quibus à jure dari permittitur, Auth. Principales C. eod.

junct. l. Plebisito 18, D. De officio præsid. l. Solet 6 in fin. D. De officio procons. C. Statuum 11, §., insuper De rescripta lib. 6, l. Cum 15, Autb. Sed hodie, & Autb. Generalitas C. De Episc. & cler. Quibus locis exprimuntur illi, quibus & quid dari permittitur. Item quod neuter exigit ullam probationem, quam non existimat, ut necessariam, Autb. In isto C. De jurejur proper. Cal.

§. 3. Etiam per procuratorem iuramentum calumniae praestari posse.

\* Neque interest, aucto, vel reus per se, an per procuratorem hoc iuramentum praestet; dummodo id specialiter procuratori demandatum sit, e. fin. eod in 6. Proinde hic procurator & in vicem domini, & in suam hoc iuramentum calumniae praestabit, Joan. Andreæ in addit. ad c. 3, Ext. b. 1. & probat. text. in c. 2, De test. lib. 6, & in c. un. De juri. cal. in 6, Addit. And. Gail. lib. 1, Observ. 88.

§. 4.